



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Qui sint effectus ordinationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

## ARTICVLVS IX.

### Qui sint effectus Ordinationis.

- 1 **C**har. adter imprimitur in anima per susceptionem Ordinis.
- 2 Ordinatus ad sacros ordines obligatur continere.
- 3 Horas an teneatur recitare ordinatus.
- 4 Ordo Clericatus nobilitat.
- 5 Ordines collati quomodo probentur.
- 6 Ordinatus vel eius Cancellarius an recipere quid possit pro ordinatione seu literis testimonialibus ordinationis.

**P**rimus & principalis ex ordinatione resultat effectus, quia per illam imprimitur character in anima & datur potestas exercendi officium ordinis suscepti. *Conc. Trid. cit. sess. 23. cap. 4. & can. 4. Viator. lo. sup. cit. nu. 232. Ang. v. ordo. 1. nu. 2. Arm. eod. num. 5.* Est autem character spiritualis qualitas animæ signans gratiam gratum facientem, & ad gratiam disponentem assimilantem, & distinguentem. *S. Bonau. in 4. dist. 6. quest. 1. & Ang. cit. v. character. num. 1.*

Imprimitur autem character in singulis ordinibus, ita tamen ut omnes faciant vnum Sacramentum quæ est communis or sententia, eamque tenet *S. Th. in 4. dist. 24. q. 2. S. Bonau. ib. Turrecrem. in c. Episcopi. 23. dist.*

Secundus effectus seu obligatio ordinationem consequens est, quod ordinatus ad ordines sacros obligatur ad seruandam castitatem. *cap. de his. 28. dist. c. ante triennium. 31. dist. cap. omnium. 32. dist. c. cū in praterito. 84. dist. Conc. Trid. lo. cit. cap. 13. de ref. cuiuslibet enim ordini sacro annexum est votum continentie. cap. cum olim. iun. gl. v. votum. de Cler. coniug. Abb. in cap. vn. de cler. per salt. prom. num. 3.* non quidem de substantia ordinis sacri, sed ex ordinatione Eccle-

*siæ. S. Th. 2. 2. quest. 88. art. 11. Turrecrem. in cap. Diaconus. 27. dist. Bero. in cap. in presentia. num. 121. de prob. quod votum potest etiam expressè exigi circa ordinationem. per c. quinquam. 23. dist. Turrecrem. ib. hocque solere facere Episcopos aliquos testatur Rot. decis. 561. nu. 14. p. 1. diuers.*

Obligatur etiam ordinatus ad recitandum horas Canonicas. *gl. in cap. fin. 92. dist. & alia gl. in cap. 1. de celeb. Miss. Sot. de iust. & iur. lib. 9. quest. 7. art. 2. Nau. in tract. de orat. cap. 7. num. 2. & in man. cap. 25. num. 97.* idque non tantum ratione beneficii, sed etiam ratione solius ordinis sacri, vnde & promotus ad patrimonium, licet beneficium non habeat, tenetur tamen ad recitationem horarū. *Abb. in cap. tuus. num. 8. de preb. Ad minores tamen ordines ordinatus non obligatur ad continentiam, potest enim redire ad sæculum. Host. & DD. in cap. 2. de preb. Rot. decis. 731. num. 14. p. 1. diuers. neque obligatur ad recitandum officium, nisi habuerit beneficium, nam ratione beneficii teneretur ad recitationem. Nau. lo. cit. de orat. num. 3. & si nō haberet beneficium, teneretur ad recitandum officium. B. M. V. tanto magis si ordinatori, qui solet indicare recitationem huiusmodi officij, vel septem Psalmorum, cō-*

fentiat & promittat se recitaturū. *Nau. lo. cit. in man. num. 108.*

Tertius effectus ordinationis est, quia ordinati transeunt ad iurisdictionem fori Ecclesiastici, & incipiunt gaudere privilegijs Cleri. *cap. cum non ab homine. de iudic. Abb. in cap. 1. num. 7. de celeb. Miss.* Ad primam tamen tonsuram & ad quatuor minores ordinati, nō aliter gaudent privilegijs huiusmodi, nisi habitū & tonsuram deferant, vel obtineant beneficium Ecclesiasticum, seu morentur in seminario Clericorum tanquam in via ad maiores ordines. *Conc. lo. cit. sess. 23. c. 6. de ref.*

Effectus item ordinationis est, quia ordinati efficiuntur nobiles, Clericatus enim nobilitat. *Abb. Ioan. Andr. in c. eo libentius. de ser. non ord. Tiraq. de nobilit. c. 9. Cassane. in cathal. glor. mun. p. 8. 26. consid.*

Ordinationem ad extremum consequitur quod ordinato dari debent litteræ testimoniales ordinationis suæ ab Episcopo ordinatore. *cap. 1. de cler. peregr. Innoc. ib. nam sine litteris non crederetur fuisse ordinatum. cap. primatus. cap. nullum. 71. dist. cap. legum. 2. quest. 1.* Nec sufficeret habere litteras sacerdotij, sed omnium ordinum haberi debent; posset enim præsumi fuisse promotum per saltum. *Hofst. in sum. lo. cit. de cler. peregr. Rebuff. in prax. de lit. tons. num. 28.* si tamen deperderentur litteræ, posset probari ordinatio per testes, per vocem publicam vel famam, vel quod communi opinione reputetur quis Clericus, vel etiam probari posset per iuramentum concurrentibus famæ adiniculis: ea enim in quibus agitur de modico præiudicio, nec agitur de præiudicio tertij, vel de interesse burfali, facilius probatur. *Abb. in cap. cum c. usam nu. 1. de probat. Ant. de Butr. in cap. vestra. num. 16. oppos. 2. in fin. de ha-*

*bit. Cler. & mul. & dum agitur de validitate ordinis collati, dicitur agi de modico præiudicio. Felin. in cap. Albericus. nu. 3. de testib. Boer. decis. 171. num. 23. Put. decis. 406. lib. 2. Couar. pract. quest. cap. 33. numero 3. Nau. conf. 4. de præsumpt. & de succes. ab intest. conf. 5. Paris. de resig. lib. 4. quest. 2. num. 69. vbi dicit ita obleruare Rotam in possessorio & petitorio. Vel si quis esset bonæ famæ, & longo tempore ministraverit, præsumeretur ordinatus. Innoc. in cap. innotuit. de Cler. per salt. prom. Felin. in cap. super his. num. 18. de accusat. Gemm. conf. 91. Accoramb. decis. 21. lib. 1. Mascard. de prob. conclus. 302. & tribus alijs seq. & conclus. 1140.* Posset tamen probari in contrarium, sed opponenti incumberet onus probandi. *Felin. lo. cit.*

Non potest autem ordinator accipere ab ordinato aliquam mercedem, precium, seu munera, etiam in collatione primæ tonsuræ, ne quidem à sponte dan- eibus. *Conc. Trid. sess. 21. cap. 1. de ref. alioquin & accipiens & dans & mediator huiusmodi simoniæ, incurreret ipso facto excommunicationem Papæ reseruatam, & ordinatus efficeretur ipso facto excommunicatus & suspensus ab ordinibus omnibus, etiam ante simoniam commissam susceptis. extrauag. cum detestabile. de sim. comm. quam postea innovauit Pius V. Const. sua incip. cum primū de an. 1566. Kal. April. & Six. V. Const. sua incip. sanctum & salutare infra referenda, poenas dictis const. sancitas auxit. ad hoc Sylu. in sum. v. simonia. quest. 19. Io. Guttier. lib. 1. Can. q. c. 9. Vgolin. de Sim. tab. 4. c. 3. num. 2. pract. Diaz. cum annot. c. 92. Suarez de cens. disp. 31. sect. 4. nu. 32. & seq. vbi testatur de communiore sententia. Et ne quidem forbices, mappæ, aut pectines seu similia possunt accipi, vt allegati DD. & S. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. ad*

4. *Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 5. art. 1. Tolet. in sum. lib. 5. c. 88. vbi dicit periculum esse etiã cereum accipere. sed Genuen. in prax. c. 83. nu. 8. refert declaratum fuisse a Sac. Cong. Conc. quod cereus licitè accipi possit iuxta Pontificale Romanum. Ordinatus etiã simoniacè ignoranter non afficitur pœnis simoniæ prædictis. cap. de simoniacè. de Sim. Doct. ib. communiter. & multis deducit Suarez lo. cit. num. 40. Et ne quidem pro litteris testimonialibus vel dimissorjs accipi aliquid debet, nisi iuxta quod disponit Conc. lo. cit. ad quod videri potest Nau.*

*in man. cap. 23. num. 102. & c. 27. num. 106. vbi pœnas præexpressas dicit non extendi ad simoniam mentalem & conuentionalem, hancque interpretationè esse receptam praxi Curia restatur. Casfad. decis. 5. Gomez. in Reg. de trien. q. 12. allegari in annot. ad Diaz. lo. cit. Rot. decis. 405. p. 1. diuers.*

Et quoniam superius enumerauimus quosdam casus, in quibus prohibentur aliqui ordinari, videndum nunc est paucis, an isti saltem dispensatiuè ordinari possint, & in quibus casibus Episcopus possit dispensare.

## ARTICVLVS X.

### In quibus casibus dispensare possit Episcopus ad ordines.

- 1 Irregularitates occultas quomodo dispensare possit Episcopus vigore. cap. 6. sess. 24.
- 2 Occultum quod dicatur in sensu. c. 6.
- 3 Citatio est iudicij principium.
- 4 Episcopus dispensare non potest cum homicida voluntario.
- 5 Homicidium in defensione vite vel bonorum, an possit dispensari per Episcopum.
- 6 Homicidium more casuale nullam inducit irregularitatem.
- 7 Mutilatio membri licet aquiualeat homicidio quoad irregularitatem incurrendam, non tamen quoad dispensationem obtinendam.
- 8 Episcopus dispensare potest cum Clerico male promoti.
- 9 Simoniacus quando possit dispensari per Episcopum.
- 10 Episcopus dispensare non potest super defectu ætatis.
- 11 Bigamus an dispensari potest ad Ordines.
- 12 Episcopus dispensare non potest cum heretico Neophito.
- 13 Illegitimus potest dispensari quoad minores ordines per Episcopum.
- 14 Episcopus quoad minores dispensare potest in omni irregularitate præter homicidium & bigamiam.
- 15 Episcopus an dispensare possit extra casus in iure expressos.
- 16 Episcopus an censeatur dispensare ordinando inhabilem licet non exprimat.

**I**N primis itaque dispensare potest Episcopus quasuis irregularitates & impedimenta facultate permessa à Cõc. Trid. sess. 24. c. 6. de ref. concurrentibus

tribus